



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 213. Salomonis Gesneri fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

## §. CCXIII.

*Salomonis Gesneri decessus.*

**B**ezæ obitum præcesserat mors Salo- *Becman vit.*  
monis Gesneri, qui Boleslavia in *Theol. Ges-*  
*Silesia die septima Novembris primam ner.*

lucem aspexit, hoc anno septima Fe-  
bruarii denatus. Hic vix Sexennis Pa-  
tre suo orbatus ad tantas redigebatur  
incitas, ut Troppaviæ, ubi Scholas  
frequentabat, filiquis & pane furfureo  
zegre vitam sustentaret. Inde Wratis-  
laviam delatus cujusdam aurifabri Fi-  
lios instituendos suscepserat, sat tenui  
adhuc studii prosequendi adjumento:  
quocirca a Nobilibus ac Mercatoribus  
subinde oblato carmine, honeste men-  
dicandi artificio, subsidia aucupans tan-  
dem ad Argentoratensem Academiam  
contendere valuit, ubi denuo Nobilium  
Polonorum liberalitate adjutus Magister  
creatus est: crescente indies fortuna  
Wratislaviam reversus, commentarium  
in Ciceronis librum *de fato* edidit, post-  
ea, ut Rectoris officio fungeretur,  
patrios lares invisit, infausta tamen  
ipsius forte; cum enim quasdam Affer-  
tiones de *Sacramentis* exposuisset, inter  
ipsum & Conradum Bergium ac Joachi-  
mum Stygium Calvinistas tam acris  
exarserat contentio, ut ambo illum a

Syna-

**Sæc. XVII.** Synaxis communione excluderent; reditum  
A. C. 1605. dita autem inter eos pace Gesnerus ad  
Cœnam, ut vocant, Dominicam accessit, Stygius vero (raro Calvinus  
superstitutionis exemplo) nonnisi sicut manu buccellam panis ei porrexit, ad  
ditis hisce verbis, *Deus sit Iudex inter me & te.* His tamen gesticulationibus  
Gesnerus parum territus, ut hostium suorum insidias eluderet, Stralsundiam  
Concionatoris ac Professorismunere decoratus concessit, suis adversariis iram,  
quam in absentem evomere haud poterant, in relictam Gesneri suppelletti-  
lem exonerantibus. Tandem anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo  
tertio die decima sexta Maii Wittembergæ Theologæ Doctor creatus  
denuo circa universalem omnium hominum prædestinationem, infestis di-  
sputationibus implicabatur, donec omnes Settariorum Ecclesias in confuso  
positas deplorans ex vomitu cruento  
animam exhallaret, annos nonnisi quadraginta sex natus: Posteris reliquit  
*disputationes in librum Concordiaæ, præ-*  
*ter alias de Deo uno & trino & de Conci-*  
*liis: Scripsit etiam compendium doctrinae*  
*cœlestis; Admonitorium ad Ordines Silesianos;*  
*necnon quæstiones in Genesim.*

§. CCXIV.